



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Doctrina de communione sub vtraque specie, & paruulorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

SESSIO XXI.

QVAE EST QUINTA.

SVB PIO IV. PONT. MAX.

CELEBRATA DIE XVI.

IVLII, M. D. LXII.

Doctrina de Communionem sub vtraque
specie, & paruulorum.

*S*acrofancta & ecumenica, & generalis Tri-
dentina Synodus, in Spiritu sancto legitime
congregata, presidentibus in ea eisdem Aposto-
licae Sedis Legatis, cum de tremendo, & san-
ctissimo Eucharistiae Sacramento varia di-
uersis in locis errorum monstra & equissimi De-
monis artibus circumferantur, ob quae in non-
nullis prouincijs multi à Catholica Ecclesiae fi-
de, atque obedientia videantur discessisse; cen-
sui, quae ad communionem sub vtraque spe-
cie, & paruulorum pertinent, hoc loco expo-
nenda esse. Quapropter cunctis Christi fidelibus
interdicit, ne post hac de ijs aliter vel credere,
vel docere, vel praedicare audeant, quam est
his decretis explicatum, atque definitum.

Laicos, & Clericos non conficientes, non
astringi iure diuino ad Commu-
nionem sub vtraque
specie.